



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

Caput XI. De auctoritate, & potestate Ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI.
A. C 1548.

CAPUT. XI.

*De auctoritate, & potestate
Ecclesie.*

Penes Ecclesiam est auctoritas discernendi Scripturas veras ab adulterinis: hinc est ille Canon Scripturarum, qui Germanas a falsis, quæ sub nomine Apostolorum, atque discipulorum Domini obtrudebantur, discrevit. Et ut Ecclesia hujus rei auctoritatem, potestatemque habuit semper, sic etiam interpretandi, atque adeo ex eisdem Scripturis eliciendi, & explorandi dogmata. Habet præterea Ecclesia traditiones, a Christo & Apostolis per manus Episcoporum ad hæc usque tempora delatas: quas qui convellit, is negat eandem columnam esse, & firmamentum veritatis, hujus generis sunt Baptismus parvulorum, & alia: constat item, potestatem coercendi, atque excommunicandi esse penes Ecclesiam, idque ex instituto Christi de potestate ligandi, huic consentaneum est illud Apostoli: Tollite malum ex vobis. Habet item potestatem Jurisdicendi. Nam cui competit jus coercendi, & potestas jurisdicendi deesse non potest. Ac si quæstiones dubiæ oriantur in Ecclesia, habet quidem hæc potestatem judicandi de eisdem, atque decernendi, idque per Synodum,

nodum, & quod hæc in Spiritu sancto Sæcul. XVI. A. C. 1548.
 legitime congregata, decernit, Spiritus
 ipse sanctus decernere videtur, juxta il-
 lud Concilii Hierosolymitani: Visum est
 Spiritui sancto, & nobis. Itaque salu-
 berrimam esse Conciliorum auctoritatem
 dubitare debet nemo, & quod ex eodem
 Concilio Hierosolymitano intelligitur, est
 etiam penes Ecclesiam potestas constituen-
 di Canones.

CAPUT XII.

De Ministris Ecclesie.

Ecclesia habet sacra, & externa, quæ
 pie, & salubriter ad utilitatem Chri-
 stianorum tractanda sunt, atque expli-
 canda, quo minus ministri, qui mune-
 ribus ad has res necessariis funguntur,
 eidem Ecclesie deesse vel possunt, vel de-
 bent, ac munera quidem hæc omnibus
 Christianis communia non sunt: verum
 Deus ipse initio dedit quosdam quidem
 Apostolos, quosdam Prophetas, alios ve-
 ro Evangelistas, alios autem Pastores,
 & Doctores, ad consummationem San-
 ctorum, in opus ministerii, in ædifica-
 tionem corporis Christi: itaque tempore
 Apostolorum non omnibus data fuit po-
 testas ad functionem munerum Ecclesie,
 sed certis tantum, iisque ad eadem ipsa
 segregatis: cavendum est igitur nobis,
 ne

ne